Fragmentarium



[illegible]
nivit formā servi accipiēs. Vide ne et
hinc interceptionē divinitatis intelligas
cū audis qđ semetipm exinanierit. In
tende enī ad hoc qđ sequitur formā servi ac
cipiens. Manere ergo in suo statu ostendit
q formā servi accepisse dicit. Dū quidem
maneat et perseveret in eo statu divinitatis
tn̄ semetipm exinanivit. scilicet per oc
cultationē divinitatis formā servi ac
cipiens. in similitudiē factus hoīm. et ha
bitu inventus ut homo. humiliavit semetipm factus
obediens usque ad mortē. mortē autem cru
cis. Jam talis dicit. pater maior me est. Nō
impugnat equalitatē dignitatis. sed de
signat sacramentū suscepte humilitatis
per hoc qđ semetipm exinanivit formā
servi accipiēs. Jam talis dicit. qui misit
me pater mādatū michi dedit qđ dicā. et qđ
loquar. et descendi de celo nō ut faciā
voluntatē meā. sed voluntatē eius qui me mi
sit. Ostendit ergo qđ semetipm exinani
vit formā servi accipiēs. in similitudiē
hoīm factus. et habitu inventus ut homo
humiliavit semetipm factus obediēs usque
ad mortē. Et tamen quē in hiis diminutio di
vinitatis. sed ad amputandā in hominibus ar
rogantiā. quia nō sibi arrogans loqueretur.
Mentior. si nō hoc ipm testimoniū ideo po
suit apostolus. ut ad humilitatē salvatoris ex
emplo singulos provocaret. Hoc ita inve
nies. si eandē epistolam quā scribit ad phi
lippenses intentius legeris. Sed et si he
retici noluerint hoc sacramentū exinaniti
dei perceptionem forme esse dictū. pater maior
me est. dicam et nos patrē maiorē de
celo sacramēto ~~visitationis~~ generationis.
Et hunc enim pium sensū nōnulli catholici
persecuti sunt. dicentes patrē et filiū eiusdē
esse substantie. et ideo secundum substantiā al
terū nō esse maiorē. Qualis enim deus pa
ter est. talis et deus filius est. Nichil enim minus
ex se genuit quam ipse est. Perfectus enim existens
perfectū genuit. et plenitudo existens ple
nitudinē genuit. Et si ergo quia deus de deo

2201 # 114

License: public_domain – Antwerpen, FelixArchief, WK # 30, lower flyleaf verso – Faustinus Luciferianus, <i>De trinitate sive de fide contra Arianos</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-la1f/10482/76356)